



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**R. P. Lvcæ Pinelli Societatis Iesv, Theologi, Exercitia  
Spiritvalia Qvadraginta, De Sacrosancto Eucharistiæ  
Sacramento**

**Pinelli, Luca**

**Coloniae, 1608**

Meditatio De transfoßione sacri lateris Christi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59691](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-59691)

DE V. VVLNER. CHRISTI. 101

MEDITATIO

*De transfoſſione ſacri lateris  
Christi.*

PUNCTA MEDITATIONIS.

1. C O N T E M P L A R E anima mea, lā-  
ceam qua Christus tui amore con-  
fusus fuit, quæ tam profundum ſacro la-  
teri eius vulnus inflixit, vt ad cor vſque pe-  
netauerit. Vnde ſacré literæ non aiunt,  
militem lancea latus Christi vulnerasse sed  
peruigil, vt indicaret vulnus quod lancea  
infiftum fuit, valde patulum & amplum  
excisus.

2. C O N S I D E R A charitatem Christi  
ſagratiſſinam, cui non ſatis fuit dum vi-  
veret in omnibus membris ſuis cruciatum  
fuſſe, verum etiam post mortem cor ſuum  
lancea tranſfigi voluit, vt ſanguinem reſi-  
duum in eo latentem nobis impertire-  
tur.

3. E X P E N D E tecum inextinguibile  
odium Iudeorum, quo Christum profe-  
quebantur, quia non contenti viuentem  
omnibus supplicijs excarnificaffe, atque  
contra fas & quum neci dedille, post mor.

tem etiam latus eius immaniter lance  
transuerberare voluerunt.

4. INTVERE quomodo ex sacro  
hoc vulnero statim scaturierit sanguis & a-  
qua , ardenti amoris igne permixta : ut  
videlicet homo aqua mundatus & sanguine  
roboratus , amorosum Christi Seruatoris  
pectus , ad salutem adipiscendam ingredie-  
retur.

5. CONSIDERA ferum huius la-  
teris vulnus , esse ianuam illius thalamum , in  
quo nuptiae inter D E V M & Animam ce-  
lebrantur , quarum sponsalium Amor est  
paronymphus.

6. COGIT A Christum quidem lance  
huius per latus adactae dolorem non sen-  
sisse , eò quod vita sanctus esset : sed B. Virg-  
inem M A R I A M matrem eius , quem sub  
cruce stabat , sumum ex eo dolorem ha-  
sisse , quia enim Christum ardentissime di-  
ligebat , supplicia quoque illius sua esse re-  
putabat.

7. CONTEMPLARE anima mea ,  
qualis fuerit dolor matris Matri , quando  
vidit lanceam in nudum pectus dilectissi-  
mi filii sui vibrari . Quas desecrationes & an-  
gores senserit , quando eam tam pale-  
lateri eius instigi conspexit , ut tota Crux  
contremiseret . Quantas denique angu-  
stias.

gustias, perpeſſa fuerit, quādo lanceā in pe-  
ctus filij transiſſe, & ad cor vſq; penetraſſe  
intuita est.

COLLOQUIVM. I.

**E**xſimabam Domine, mortem suppli-  
cij tuis finem attulisse. Rebar Iudeo-  
rum adiūtum (te neci iradito & iſlis saturis)  
reſtinctum luisse, & tempeſtates omnes cō-  
quietuſſe. Qæterum non eſt ita: cerno enim  
factum corpus tuum etiam poſt mortem  
vulnerari.

Fierine potest, hominis alicuius  
ferociaſtem tantam eſſe, vt ne moruis  
quidem pareat? Dic mihi, crudelis miles  
quid ſceleris in te admisit Redemptor me-  
us, vt hatus elius lancea transuerberes atque  
corcius faucies? Si cor hoc aduersum te, vel  
aduersum Iudeos immite, durum & inhu-  
manum extitifſet, aliqua forſitan cauſa ti-  
bi ſuppeteret in I E S Y M deſauiendo, &  
crudelitatem tuam explendi: ſed cum e  
contrario ſemper fuerit cor compassionis,  
cor amoroſum, cor Patris, cur illud cru-  
delem in modum lancea transfigiſ? Vide  
an non ſit cor illius amore flagrantissi-  
mum, quod vulneratum ſanguinē & aquā

scaturiuit, ut vulneri , quo illud feriendo,  
animam tuam sauciaueras, medelam face-  
ret: nemo enim alium vulnerat, nisi prius  
animam suam lethali vulnera fauiciet. O  
Domine quam ingens est potestas, Princi-  
pibus tenebrarum collata, qui nefando au-  
su corpus tuum flagris concisum , vulneri-  
bus innumeris saucium , & anima iam de-  
stitutum, lancea etiam ferire audent. Recit  
illud Prophetæ de te usurpare potuisti: So-  
per dolorem vulnerum meorum addiderunt. Psal. 68.

## COLLOQUIVM. II.

**V**is nosce anima mea causam, cur Sal-  
uator noster corpus suum etiam post  
mortem lancea configi voluerit: Ut tibi ini-  
mirum daret intelligere , se per mortem  
nonandum amare desisse , ideoque recte &  
confidenter affirmare possumus, Christum  
non modò viuentem nos amasse , verum  
etiam mortuum. Vis præterea scire quam  
efficax sit hoc vulnus, vel ut rectius dicam,  
hæc amoris foxnax , in pectore Salvatoris  
nostrí succensa : Dicat illud S. Thomas  
Apostolus, qui infidelitatis frigore corre-  
tus, cum ad Christum accessisset, manum  
que suam vulneri lateris Christi , hoc est,  
dimic

DE V. VVLNER. CHRISTI. 105

diuinæ fornacis huius ostiolo admouisset,  
tam ardente repente diuini amoris flam-  
mam in pectore suo sensit, ut pedibus Ser-  
uatoris adutolatus exclamauerit. *Dominus*  
*memento DEVS meus.* Ioan. 20. Quid autem si  
erit Anima mea si tota quanta es, in amoro-  
sam hanc fornacem ingressa fueris? Quid, si  
in eavisque ad infelicitis huius exilij finient  
inhabitaueris? Certo scio, quod beatissimā  
te reputans, dictura essem cum Prophetā  
Mallū. *Hec requies mea in seculum seculi, hic*  
*habitabo quoniam elegi eam.*

Cæterum, quæ bone Iesus v. est aqua hæc,  
quam ex vulnere lateris tui fluere conspi-  
cio? Hæc Domine, videtur mihi esse aqua la-  
thrymatum. Cum Lazarum quatriduanū  
à mortuis resuscitare (Ioā. 11.) velles, in fle-  
tum prorupisti, ex illo autem fletu Iudæi a-  
morem, quo Lazarum complectebaris, col-  
legerunt,

Hæc igitur aqua, sunt amoroſæ illæ la-  
thrymæ, quas in amoris quo nos proſequen-  
tibaris argumentum effusurus eras, quæ cū  
ab oculis, qui iam clausi erant effluere non  
valerent, à corde & lateris tui vulnere pro-  
matarunt. Eia anima mea, ingredere coſi-  
denter amorosum Christi pectus, quod ri-  
bi ostium amor aperuit: ingredere ſecuna,  
in eo enim reperies turrim fortissimam, è

qua cum hostibus tuis foelicissimè certare  
atque depugnare poteris.

## ORATIO:

**B**enignissime IESV per sacri laterum tuum  
& vulnus, & per preciosum illum sanguinem  
& aquam, quae ex eo profluxerunt, te ore,  
ut sagitta amoris tui saucies cor meum, ut  
quemadmodum desiderat ceruus ad fon-  
tes aquarum, ita desideret anima mea ad  
te fontem viuum. Psal. 41. Nostis, quemadmodum  
ipse testatus est, omnia scelerata nostra de  
corde procedere: inflamma ergo & succi-  
de cor meum igne caelesti, ut improba ha-  
radix, tota tui amoris igne consumatur.  
Sed, heu, cor meum adeo durum est, ut nec  
comburi, nec sauciari valeat. Te igitur  
Domine obsecro trahere illud ad pectorum tui  
fornacem, ut S. Thomam Apostolum at-  
traxisti, ut emollitus cum Propheta dicere  
valeam: Psal. 21. factum est cor meum  
tanquam cera liquefzens. Quod si propter  
duritatem suam liquefactum non fuerit,  
da mihi Domine cor carneum, & aufer a  
rum (Ezech. u.) olim istud te facturum

DE V. VVLNER. CHRISTI. 107

promisisti, & ego illud flagito, ut cor meū  
& caro mea exultent in Deū viuū. Amē.

### MEDITATIO

*De sanguinis in Circumcisione Christi  
effusione.*

### PVNCTA MEDITATIONIS.

1. **C**ONTEMPLARE Anima mea  
quomodo Christus octauo post na-  
talem suam diē , circumcisā carnē sua in-  
nocentissimā sanguinem fundere , & ea  
qua ad Redemptoris officium spectabant  
inchoare, hoc est , pro nobis pati, & illius  
sanguinis quem in monte Caluariæ nostre  
redemptionis causa profusurus erat, pignus  
nobis dare cōsperit.

2. **C**ONSIDER A acerbissimum do-  
lorem, quem tenellus hic puer ex circum-  
cisione sua persensit: nam in ea s̄apenum-  
to infantes prae dolore spiritū exhalabant.  
Cogita quanto hic dolor in Christo inten-  
sior fuerit, qui supra omnes tenerimæ cō-  
plexionis extitit, & nihilominus instar cæ-  
terorum circumcisus est.

3. **E**X PEND E tecū Anima mea , ingēte  
huius pueruli erga nos amorem, qui tantus  
fuit,